

MAROBVDVS SVEVORVM REX.



**M**arobodus Suevorum Marcomannorum, qui tum in Boiemia, Lusatia, & finitiis regionibus trans Albin habitabat, rex fuit, sub Augusto Cæsare. Hic autem à pueritia Romæ uersatus est, ut maiorum rerum cognitionem adipiscatur. Ibi ab Augusto Cæsare multis beneficijs ornatus, atq[ue] in patriam reuersus Cæsaris opera magnam potentiam natus est. Erat enim Marobodus nobilissimo principum Germaniæ stemmate prognatus, præterea animi dexteritate, & corporis magnitudine conspicuus, ita ut magis natione quam ingenio Barbarus uideretur. Itaque non tumultuarium aut mobilem, uerum uoluntate Cæsaris auitum principatum adeptus erat. Cum suam prouinciam administraret omnes finitimos aut bello domuit, aut certis conditionibus sui iuris fecit. Cū